

Persecutio qua nullis causis opprimor, finem nondum habet. Expulsum sum
ex aedibus quas conduxeram, invito locatore, in alias longe mihi inconve-
nientiores et sumptuosiores. Iacturam feci in violenta illa migratione
ingentem; spoliatus insuper a bajulis, rebus tantum exigui pretij.
Promissa mihi fuit Libertas plenissima, unum illud quod omnibus humanis pro-
fero et viti ipsi aequiparo. Contraria omnia evenerunt.
Prohibitus non tantum Liberis egressus, verum insuper, quod omnem barbariem
superat, militari et barbara custodia sequebatur, intra angustias cubiculi
ianus obstratus, inclusus, alius Liberis usum spoliatus et deambulatione
in sortis. Pecunia mihi inscio et quidem non numerata, surrepta iam.
Prohibitus navis ire Amstelredamum, in qua urbe mihi cum Typographo
Mentio, ob opus Sinesse, negotia summe necessaria, quae non mihi a
praesenti, expectari possunt. Interdum jacent studia mea, dilecti
lectiones, Typographi cessare coguntur, frequentare templa non licet,
amimus indignatione tantorum facinorum et quidem a Collegis quidem
cum armorum, excruciat, debilitantur vires corporis.
Et haec omnia non alio praetextu, quam non urgere adeo me corpore et
animo sanum esse. Si quisquam vestrum, etiam maxime
athletico habitu, ita exagitaretur, quam tandem ille animi corporisque
sanitatem retenturus esset? Ac mirum plane et divini auxilij argu-
mentum est, me non penitus inter tot afflictiones violentas sur-
cubuisse. Et tamen corporis animique robore, Deo sit laus, cum multis
vestratum, etiamnum certavi. Vocatus sum in Germaniam in
stantissimis literis et Electoris Palatini et cognatorum meorum.
Oppressus in hac Academia et desertus a vobis, honestam dimissio-
nem petij. Ubivis sane terrarum vivere malim, quam ubi ho-
neste et Libere non licet. Iudicate vos ipsi,
immo hostes mei iudicent. Quid hic condilij? Non aliud sane
si Deum et honestatem et amicitia ac Collegij iura pra oculis ha-
bere vultis, nisi ut absque mora custodes illi tam onerosi et
inutiles, amoveantur. Ut mihi ablata prompte restituantur.
Ut Libere cum Curatoribus et Consulis agere possim de rerum mearum
statu. Caetera sponte sequentur, animus pacatus, corpus robustum.
Tamen promptus ero condonare tam atroces injurias, quam sactem in
perferendis patiens. Adjuro vos per omnia sacra, conscientia ve-
stra et aequitatis rationem habentis.
Haec sunt quae peto, iusta et Christiana. Secus quicquid mihi acci-
derit adversi, in corpore et animo, vobis coram Deo ac Angelis
imputabitur ac vindex eris altissimus. Scriptum V. Octob. 1660.

G. A. M.

Peter's or Seneca
Acad. Lybrii